

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0226

0224

0230

0220

0235

0215

0275

0175

0325

0125

0725

214

circiter LXXVII annis, quo imperium sumpsit Helius Adrianus anno Domini 119. Qui mortuam Jerusalem repalpitate audiens accelerato itinere ad locum venit mari transmissio. Invenit autem ibi multos Christianos pariter et Judaeos sibi ipsis contrarios propter diversum cultum, et utriusque cultus, utpote gentilis et idololatra, oditor fuit. In locum ergo ubi Judaei oratorium struxerant, ubi quondam arca Domini steterat, posuit suae imaginis statuam, ut locum ipsis Judaeis abominabilem redderet. In locum autem petrae Calvariae, ubi crucifixi fuerant, collocavit statuam Veneris et in specum dominici sepulchri posuit idolum Jovis, ut Christianis loca illa exosa faceret, sicarios autem et latrones repertos in loco trucidavit, effugavit et multos vendidit, et fortalitia et muros a tempore devastationis derelictos destruxit et omnia dissipavit et abiit derelinquens ibi provinciae custodes. Qui dum cum exercitu dorsum provinciae verterent, ut Romam remearent, congregati Judaei sunt in locum Jerusalem et consilio inuito columnam Caesaris, quae suam imaginem gestabat, de loco templi, ubi eam Imperator posuerat, eruerunt et eam ejecerunt. Quod dum Imperator percepit commotus in iram omnia negotia postponuit, et festinus ad Jerusalem rediit, Judaeos repertos peremit et multos vendidit, eosque omnes de finibus terrae sanctae ejecit longius mittens, et interdicto publico prohibuit omnibus Judaeis ingressum illius terrae. Videns autem, locum aptum esse pro civitate, propitiatus fuit, contra Judaeos autem magis exacerbatus et ad Christianos mitior factus, aream mundavit et ruinas murorum in fossata partis occidentalis projici fecit, et complanavit, et muro circumducto locum crucifixionis et petram dominici monumenti civitati coinclusit et templum Veneris et Jovis supraedificari fecit. Super portam autem negotiatorum sive piscium posuit exsculptam in marmore suam sive porcum in Judaeorum confusionem, ne quis eorum ingredi praesumeret. Mansit autem status ille civitatis circiter annis 180. Et sicut propter statuam Caesaris locus templi Domini (259 A) idola non colentibus exosus fuit factus et alienus, ita locus crucifixionis et resurrectionis Domini in tantum, ut in oblivionem loca illa venirent. Anno vero 38., dum Constantinus Magnus imperium esset adeptus et Christianus

Ende

Anfang